

secundus.

52

Requiritur quidam ex patribus si perfectum bonum est egel-
stas Respondit Magna res est
penuria Nam qui eam sustinet
voluntarie tribulationeque quide-
carnis sustinet anime vero sue i-
uenit requiem. **Ca. cclvij.**

Quidam frater requisivit se-
nem dicens Si mihi debet pau-
cos numeros iubes frater ut repe-
tam eos? Cui senex ait. Demel-
tantummodo dic illi cum humili-
tate At ille dixit Quid si se-
culo ei dixerit et nihil dedit mihi quod faciam?
Tunc senex ait Ulterius nihil ei
dicas At ille dixit Et quid faciam
quod non possum vincere cogitati-
oneque meam nisi illi fuero impo-
situs? Cui senex Dimitte cogita-
tionem tuam in terra pauperum
fratrum tuorum ne contristes quod mona-
chus es. **Ca. cclviij.**

Frater quidam requisivit de-
cens Quo potest humilita-
tem animam adipisci? Ille respondit.
Si sua terra non alterius mala
consideret Dicebat autem quod perfectio
hominis humilitas est. Quicumque
enim se homo disposuerit in humi-
litate tunc praebebitur in honore
Sicut enim superbia si ascenderit in
caelum usque ad infernum deducatur ita hu-
militas si descenderit ad infernum
tunc exaltabit usque ad caelum. **Ca. cclix.**

Abbas Macharius dum am-
bularet in heremum hominum
quendam in ortuum primum in ter-
ra inuenit iacentem Et posito ba-
culo super eum ait. In nomine
iesu christi surge Stetitque qui iace-
bat mortuus surrexit et iactauit

se ad pedes sancti Macharii cepit
proclamare quemadmodum duce-
batur ab angelis sathane ad lo-
cum tormentorum et propter peti-
tionem eius fuisse ab ethiopicis
dimissus Quem cum interroga-
ret Macharius in quo loco fuis-
set destinatus ille ait ingemiscens
ait. Quantum distat caelum a terra
tamen ignis est altus in quo medio etiam
missus huiusmodi senex auditis lacrimas
effudit dicens De homini qui manum
datum dei transgressus est. **Ca. cl.**

Batus Anthimus dicebat
non potest fieri quatuor passus
ambulat Monachus vel quod cali-
ces aquae bibit in cella sua debet
senioribus declarare ut non iudi-
cetur ab ipsis. **Ca. cli.**

Abbas Pemon dicit. In nul-
lo omnino sic gaudet inimi-
cus quo in illo qui non vult cogi-
tationes suas manifestare. **Ca. clij.**

Quidam frater dixit ad senem
Ecce abba frequenter inter-
rogo seniores praesertim dicant mihi
monitioneque de salute anime mee
et quicquid dixerint mihi nihil
ex ipsis retineo. Erant autem
seni duo vasa vacua. Et dixit
ei senex. Vade et affer unum ex il-
lis vasibus et mitte aquam et la-
ua illud et effunde et pone illud
in locum suum. Fecit
ergo ita frater semel et bis. Et
dixit ei senex. Vtraque vasa affer
Et cum attulisset dixit ei senex. Qua-
le est ex utriusque mundus? Respon-
dit frater. Vbi aquam misi et la-
ui. Tunc senex dixit ei. Sic est
et anima filii que frequenter audit